

A L I A.

Quidam traditurus est codicem describendum duobus librarijs, quorum alter pollicetur se solum descripturum diebus 12, alter item solum se diebus tantum 10. Quæstio est, si ambo librarij coniungant laboris distributis operis, quot diebus absoluant hoc opus? Primum explora, quantum operis partem vterque iuxta promissam rationem possit diurno labore absoluere. Prior itaque absoluit duodecimam partem, posterior decimam. Adde iam inter se has fractiones $\frac{1}{12}$ $\frac{1}{10}$, fiunt $\frac{2}{120}$ vel $\frac{1}{60}$. Iam ita colloca, $\frac{1}{60}$ dant 1 diem, quot dies dat vnitas, quæ repræsentat integrum codicem & facit $5\frac{5}{11}$ vnus diei.

A L I V D.

Debitor quidam cum veniret dies solutionis, numeret creditori suo bessem totius debiti, & post pauculos dies cum iterum collecta pecuniola solueret quadrantem totius summæ, im-
petra-